





*DEO Feliciter Adjuvante!*

Theses has

*de*

9.  
20  
51.

1666, 3.

# ANARGYRIÆ EXCEPTIONE,

*s.*  
NON NUMERATAE PECUNIAE.

Ex Decreto & Autoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,  
ATQVE EXCELLENTISSIMI, JCTORUM  
ORDINIS IN CELEBERRIMA UNIVERSITATE  
ARGENTORATENSI,

pro

*Summis in utroque jure honoribus ac privilegiis*  
*Doctoralibus obtainendis,*

Solemniter examinandas proponit,

PHILIPPUS MARTINUS FABRICIUS,  
Darmstadinus.

*Ad diem 13. August. loco horisque consuetis.*

---

ARGENTORATI,

Typis Johannis Friderici Spoor.

M DC LXVI.

ED  
US.  
IE



### Thef. I.

*Xceptio nomen verbale est,*  
 quippe quod derivatur à verbo *excipere*,  
 quod propriè acceptum, idem significat ac  
 eximere quid, seu demere de regula, vel cer-  
 to numero: Eademq; ferè acceptio JCTo-  
 rum est, quando exceptionem dixerit, con-  
 tentionem rei adversus actoris intentio-  
 nem, hanc contra ipsum iniquam esse, nec  
 obtainere debere. vid. Magnif. Dn. Doct. Rebhan. in Hodeget.  
 juris ad tit. 13. lib. 4. Institut. de exception.

### Thef. II.

Sumitur autem ab his & generaliter, pro defensione quacun-  
 que l. s. ff. d. Except. l. i. C. d. juris & fact. ignor. & specialiter,  
 & tunc vel propriè, pro Exceptione illa, quæ actionem verè com-  
 petentem excludit: Quæ alias exceptio juris dicitur: & in latiori  
 acceptance etiam replicationem, cæterasque allegationes, quibus  
 adversarii intentio eliditur, complectitur. l. 2. §. 2. l. 22. §. 1.  
 d. Except. l. ii. C. eod. l. 7. §. ii. ff. d. Pact. l. 9. §. 4. ff. d. jurejur.  
 l. 32. §. 1. ff. d. condic. indebiti Magn. Dn. Doct. Rebhan. in d. Ho-  
 deget. d. l. Joh. Thomæ in discursu d. Non Numer. p. pos. i. n. 4.  
 Vel *improprie*, qua quis negat actionem, alicui competere, & quod  
 actor tantum de facto actionem moveat, nec ullum jus agendi ha-  
 beat, quæ facti est. D. Stryv. in Syntagm. juris civilis disp. 46. thef. 4.  
 Mysf. in Inst. ad Rubr. d. Exc. n. 12.

A

Thef.

BR  
RS.  
LE

### Thef. III.

Excep*tio* s̄epissimē etiam *præscriptio* vocatur, ut patet ex rubr. ff. d. except. seu *præscript.* l. 50. § 1. ff. d. *judic.* l. 29. ff. d. except. reijud. Magn. Dn. Doct. Rebhan. in *Hodeget.* d. l. quod non men, quamvis peremptoriis, seu illis, quæ actionem maximē per temporis lapsum omnino perimunt, proprium videatur ut patet ex titulo, de divers. & temporalib. *præscript.* haud raro tamen & ipse dilatoriæ eo significantur l. pen. & ult. C. de except.

### Thef. IV.

Exceptio propriæ sumta, *definitur*: Quod sit quædam actionis exclusio, quæ opponi cujusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est. l. 2. ff. d. except. Aliter à Paulo, JCto conditio dicitur, respectu habito ad veterem procedendi modum, quo prætor actionem dabat, vel pure, nulla admissa rei exceptione, vel sub conditione, qua exceptio continebatur, adjecta, hæc modō. *Nisi, si non illud vel illud factum erit.* Inde hæc à conceptione, illa ab effectu, & utendi modo presumpta videtur, vid. Magn. Dn. D. Rebhan. in *Hodeget.* jur. d. l. Vinn. in *præfat.* ad Inst. d. except.

### Thef. V.

Exceptionis propriæ sumptæ, species est hæc, quæ dicitur non numeratæ pecuniaæ, vel ut aliæs, querela non numeratæ pecuniaæ l. 4. l. 14. prin. & §. ult. C. d. Non Num. pec. à Græc. τὸν ἀναγραφίας. VViss. ad l. 1. C. d. Non Num. p. & definitur, quod sit remedium juris, competens illi, qui spe futurae numerationis, se accepisse quod non accepit, confessus est, excipiendo, vel replicando vel etiam agendo proposita, ad id ut creditor aut numeret pecuniam, aut numerationem esse factam probet, aut hisce deficienibus, debitor ab hæc petitione absolvatur l. 3. l. 7. l. 8. C. d. Non Num. pec. ibique Wel. n. 8.

Thef.

3.  
**Thef. VI.**

53

*Pecunia* variè in jure sumitur. I. *Latiſime*, pro quacunq; re, quæ in bonis nostris est, ita ut tam res mobiles, quam immobiles, & tam jura, quam corpora sub se comprehendat. l. 222. d. verb. sign. l. 5. l. 178. prin. eod. l. 2. §. 1. C. d. const. pec. in qua acceptione etiam ipsam hæreditatem, rem universalem complectitur l. 50. §. 1. d. verb. oblig. l. 97. ff. d. verb. sign. l. 64. §. ult. ff. solut. matr. l. 14. §. 8. ff. ad SC. Trebell. II. *Stricte*, pro rebus tantum singularibus. pr. institut. d. sing. reb. per fidei (rel. ubi plerumque res, quæ pondere numero & mensura constant, denotat, quæ fungibles, quod una alterius vice fungatur, dici solent. l. 2. §. 3. ff. de reb. cred. l. 30. pr. ff. d. leg. l. 1. 2. pr. & §. 1. C. d. const. pec. III. *Striclusime* pro numeris signatis l. 79. ff. d. sol. §. 2. institut. d. empt. & vend. l. 3. ff. d. eo quod certo loco l. 7. §. 3. ff. ad SC. Maced. l. 3. §. 2. & 4. d. contr. tut. & util. act. Magn. Dn. D. Rebhan. in Hodget. juris pag. 528. Wes. ad tit. C. d. Non Num. pec. Altera vocabuli exceptio est hujus loci. Siquidem pecunia non numerata nihil aliud denotat, quam rem aliquam fungibilem quæ secundum naturam contractus numerari debuit numerata autem non est. l. 1. C. d. prob. l. 2. in fin. C. de dot. caut. Non Num. §. 2. inst. de exc. est itaque vox *non numerata* terminus negans, significans absentiam & negationem pecuniae, sicut; è contrario numerata pecunia est praesens. Thomæ in d. discursu de anarg. pos. 2. n. 3. & 6.

**Thef. VII.**

*Dividitur* à Dd. prædicta exceptio in privilegiatam & non privilegiatam, seu communem: Illa dicitur, quæ nuda inficiatione absolvitur, transferendo onus probandi in adversarium, & certo tempore finitur. Hæc onus probandi annexum habens, secundum aliarum exceptionum naturam perpetuo durat. Dn. Bitsch. d. querel. Non Num. pec. thes. 6.

A 2 Thef

ER  
IS.  
LE

4.  
**Thef. VIII.**

Utraque in æquitate fundata est d. §. 2. inst. d. except. l. 6. §. 1. 2. ff. d. offic. præf. l. i. in fin. C. d. Non Num. pec. l. 15. l. 64. l. 66. ff. d. condic. indeb. Quamvis principio indignum videbatur, eum qui sua voce dilucidè protestatus est, se pecuniam numeratam accepisse, jam proprio testimonio resistere velle; attamen cum literarum obligationi, stipulationi, aliisque contractibus, quorum actiones excludere intendit, causa subesse debeat, datio rei aut pecuniæ numeratio, arg. l. 2. §. 3. & d. dol. mal. & met. except. §. 2. inst. d. except. Nec quisquam in plus obligatus dici possit, quam ipsi numeratum est l. 2. §. 3. l. ii. §. i. d. reb. cred. iniquissimum certè eslet, quemquam eo nomine condemnari d. l. Nec imputandum quicquam debitoribus, quippè quorum in necessitate constitutorum, tanta censetur fragilitas, ut non solum cautionem dent suis creditoribus, prout exigunt, sed & juxta calamitosum hoc seculum, quod ad multò duriora compulit miseros debitores, præmisso chirographo numerationem emendicent. Rectissimè itaque jus pro his præsumit numerationem factam non esse quam Scriptura attestatur, ne hi citra culpam damnum incurant, illi cum alterius jactura, contra juris regulam, lucrum sentiant, jus civile autē certam ei attribuit formam, maximè in hoc consistentem, quando privilegiatam probationis privilegio donavit, & ad certum tempus restrinxit. *Dn. Bitsch.* d. l. thef. 7. Et hinc est quod civilis dicatur. *Aret.* ad §. 2. Instit. d. except. n. 20.

**Thef. IX.**

Competit exceptio non numeratæ pecuniæ illi, qui confessus est literis, vel stipulatione promisit, se pecuniam numeratam accepisse, eamque debere, ejusque hæredi l. 8. l. 14. C. d. Non Num. pec. l. 5. C. de dot. caut. Non Num. Novel. 100. c. i. Item fide-jusfori & mandatori l. 12. C. d. Non-Num. pec. *Brunnem.* ad l. 6. d. t. etiam invito confessio, seu principaliter obligato. l. 15. pr. ff. d. fidejuss. Imò & creditores debitoris hac exceptione uti possunt, sive ipsi convenientur, ut potè res debitoris detinentes, sive contra alios possi-

possidentes actionem moveant l. 15. C. eod. ibique Barb. & datur contra quemcunque ex cautione agentem, sive ipse sit, sive ejus successor isque vel universalis vel singularis. l. 7. C. d. Non-Num. pec. l. 3. l. 8. ibique Barb. eod. Hinc in rem non in personam est, quippe semper cautioni inhærens, eamque concomitans. Zang. d. excep. p. 3. c. 14. n. 6.

### Thef. X.

An mercatoribus competit? communiter à Doctoribus negatur. Zang. d. l. n. 54. Coler. d. process. execut. p. 4. c. i. n. 109. Wes. vol. 1. consil. 31. n. 23. Mihi distinguendum videtur, inter id quod ex rationibus juris civilis statuendum: & id quod moribus receptum est, inque judicando observatur. Illo casu, cum nusquam in jure sint exempti, hoc juris beneficium iis minimè denegandum est, maximè cum pronior ibi propter promiscuum chirographorum usum sit ad fallendum via. Ioh. Thomæ in discurs. d. anarg. poss. 7. n. 22. Fachin. 2. controvers. 86. Hoc verò, si ambo sint mercatores omnino denegatur, idque ob rationem, quoniam solutionem retardat: Mercatorum autem interest, pecuniam habere in promptu, ne fides pericitetur. Ita pronunciatum in causa Matthæi Tentzers zur Leitanz M. Mart. Anno 1628. ibi. Ob ihr nun wol die Exceptionem non numeratae pecunie vor zu schützen gemeint / dieweil aber dannoch ihr und euer glaubiger Kauff leuthe send/ und die Schuld von Handlungen herrühret se. so mögt ihr auch mit solcher Exception nicht gehöret / noch zugelassen werden/ sondern ihr send mehr erwehnen euern Glaubigern/ Inhalts eures Briesss und Siegels/ zubezahlten schuldig/ und in Mangelung gütlicher Entrichtung/ würde mit der Hülffe wider euch gebürlichen billich versahen. Es ist euch aber nach geleisteter Zahlung / eure Nothdurst in der reconvention hinwiderumb zu suchen unbenommen. V. R. W.

### Thef. XI.

Locum habet hæc exceptio in omni illo contractu, in quo quis spe futuræ numerationis confessus est, se rem fungibilem acceptisse, indeque ad eam restituendam se obligavit. l. 14. in pr. & §. 1. l. 11. C. d. non num. pec. Ad quorum actiones elidendas & infir-



6.

mandas, introducta est, qualis est, conductio ex muruo. l. i. C. d. probat. l. 5. C. d. non num. pec. ex stipulatione §. 2. inst. d. except. l. 9. C. d. non num. pec. Actio ex literis §. un. instit. d. liter. obligat. l. 7. C. d. non num. pec. item illa, quæ competit pro dote promissa non numerata. l. 15. C. d. non num. pec. l. i. d. dote caut. non num. Novel. 10c. c. i. l. 3. & seqq. C. d. non num pec. Dn. Bitsch. d. l. thes. 10. & 11. aliquando in distractu locum habet, quando nempe apocha seu securitas de soluto debito à creditore debitori traditur, l. 14. §. 2. C. d. t. Nec obstat quo minus locum habeat, etiamsi hypotheca data, seu pignus cautioni additum sit, vel jus jurandum accesserit. l. 3. l. ult. C. d. non num. pec.

## Thef. XII.

Opponitur etiam instrumento guarentigato, quod param habet executionem, non expectata sententia: Quando enim principale non valet, nec accessorium, cuiusmodi est clausula garantigii, valere potest. Coler. d. process. exec. 1. c. 10. v 210. Gomez. 2. resol. 6. n. 3. Fachin. 2. controv. 24. Sand. 1. decis. 8. def. 3. Dn. Carpzov. lib. 2. Resp. 89. Berlich. 1. concl. 84. n. 17. Nec obstat, quoad jus Saxonicum, ord. provinc. d. Anno 1555. tit. Versetze Brieff und Siegel. ibi. Keine andere Exception oder Aufsucht darwider zu zulassen werden / dann wo er beweisen wolte/ das seinem Brieff und Siegel zuvor allbereit genügen geschehen. Item Chur- füssl. Proces. Ordnung tit. 39. §. Wann aber das Urtheil. ibi. Keine andere Exception, als solutionis, oder compensationis intra terminum executionis liquidæ darwider zugelassen. Etenim verba prædict. ordin. intelligenda sunt de exceptione, cuius probatio alleganti incumbit. Thome d. l. pos. 7. n. 37. & seqq. Imò contrà executionem jam intentatam impediendam, rectè objicitur, ut pronunciatum in causa Michael Lössers zu Leipzig/ Anno 1593. Mens. Jul. ibi. Ob nun wol der Glaubiger die Hülffe allbereit aufgebracht / da ihr aber dennoch/wie recht/ darthun möget / daß ihr eurem Vorgeben nach allbereit bezahlet / und die geflagte Haupsumma niemals vor voll bekennen ic. So werdet ihr innerhalb Sächsischen Frist billich gehöret/ und die angesetzte Hülffe mittler Zeit eingestellt D. R. W.

Thef.

7.  
Thes. XIII.

Ab hac regula, quod sc. in instrumento guarentigato locum habeat, dūos excipiunt casus. I. Quando in instrumento tali Notarius scripsit, debitorem in sua & testium præsentia pecuniam à creditore numeratam accepisse: Quo casu instrumentum plenè probare debere volunt. *Brannem.* ad d. l. 3. *Bach.* ad Treutl. vol. i. disp. 20. thes. 2. II. Quando post biennium debitor onus probandi in se suscipiendo, haec exceptione utitur. Idque idē, quia negativæ propositionis parata & facilis probatio non semper est: iniqum autem esset instrumenti paratam executionem impediri & in longum tempus protrahi. Differtur itaque exceptio ad reconventionem, & processum ordinarium. vid. *Dn. Carpzov.* in *Jurispr. Foriens.* p. 1. const. 32. defin. 66. ubi subiectum præjudicium Prætorii Lipsiensis, in causa August. Steph. Kleinere. contra Hans Wilcken de Anno 1626. Mens. Jun. ibi. *Das Verlagter seinem Brieff und Siegel nachzukommen/ und Klägern zubezahlen schuldig: und haec sich darwider mit der vorgeschüchten Exception non num. pec. gestalten Sachen nach/ und nach Verfliessung zweyer Jahr/ nicht zu behelfen/ es würde ihm aber solche seine Nothdurst/ nach geleisteter Zahlung/ in der reconvencion gebührlichen zu suchen/ billig vorbehalten.* V. R. W.

Thes. XIV.

Quod si tamen debitor post biennium hanc exceptionem obiciens, incontinenti probare possit numerationem factam non esse, nulla est ratio, cur ad processum ordinarium rejici debeat. Quæ sententia in pleno appell. Dresdens. Senatu Anno 1605. approbata est, testante *Dn. Carpzov.* d. l. def. seqq. ubi habet verba sententia, in causa Ludwig Coldizens zu Weissenfels de Anno 1633. Mens. Jun. ibi. Welche Exceptio non numerata pecuniæ, wann dieselbige entweder von Klägern gestanden würde/ oder ex actis notoria und beweislich ist/ auch post biennium wider die aufgebrachte Hülffe zulässlich ic. So werdet ihr aestalten Sachen nach/ wann selbige Exception in continenti verificaret werden kan/ damit nachmals gehört und zugelassen / und wird immittelb. mit fer.

ER  
S.  
LE

ferner Hulffs Proces und Adjudication des Hauses bislich in Ruhe gestanden. V. R. W.

### Thef. XV.

An in cambiis locum habet? yaldè controvertitur inter Dd. affirmantium verior videtur sententia juxta ea quæ superius dicta sunt, sc. in omni contractu locum habere, ubi confessio spē futuræ numerationis facta est. Fieri enim potest, ut is, qui literas cambiis scribit, iisque confitetur, se certam summam accepisse (hæc enim clausula, umb den Werth bin ich von ihm vergnügt. Cambiis communiter adjicitur Carpz. lib. 2. Resp. 92. n. 16. pecuniis indigens, spē futuræ & incontinenti promissæ numerationis id faciat. Quo casu æquitatis ac juris ratio postulat, ut scribenti de pecunia non numerata queri liceat. l. 14. C. d. non num. pec. Brunnem. ad 1. 5. C. eod. Raphael de Tury, Tract. d. camb. disp. 2. quæst. 16. in fin. Qui limitat, nisi jam acceptatum fuerit cambium à mandatario scribentis, hoc enim facto, acceptans ex constituto obligatur, & res desinit esse integra, ut jam sine justa causa, is qui scriptit, mandatum revocare non possit. At cum fidejussio non impedit hanc exceptionem. l. 12. C. non num. pec. Nec constitutum, per quod acceptans non aliter ac fidejussor accessoriè obligatur. l. 28. d. const. pec. obesse poterit. Interim prædicti authoris sententia juxta mores mercatorum, & statuta quorundam locorum in praxi attenditur. Quod confirmant responsa Acad. Argent. Colon. & Lipsiens. à Martin. Vogt tract. d. camb. thef. 7. allegata. Ubi Lipsiens. verba n. 7. hæc sunt: Und aus diesen wol gegründeten Ursachen / wird in allen wol bestellten Gerichten/ über richtige Wechsel-Brieff/schleunig Hulffe ertheilet/ und der Acceptant/ als welcher sich hierdurch zum Schuldner constituiet/ mit der Exception non numerata pecuniae nicht zu gelassen/ sondern abgewiesen. Et in fin. ejusd. Erachten wir demnach im Rechten gegründet zu seyn/ daß derjenige Handelsman/ welcher ein præsentirten Wechsel-Brieff acceptiret/ hierdurch des præsentantis debitor wird/ sich dahero auch zur Zahlung der gestalt verbündlich constituiet/ und macht/ daß er also dann mit der Exception non numer. pecun. als welche in solchem Fall nicht stat

9.

stat hat / keines wegs möge gehören / noch zugelassen werden. Et  
huc respiciunt stat. Hamburg. part. 2. tit. 2. art. 5. Wann einer ei-  
nen Wechsel-Brieff zu sich nimmt / der soll zu bezahlen schuldig seyn.  
Etenim literæ missivæ, absque contraria voluntatis protestatione,  
validam confessionem in ducunt obligantque accipientem, qui  
non nisi actuali solutione liberari potest. Menoch. cons. 296. n. 43.  
Alex. cons. 94. vol. 3. n. 5.

56

## Thef. XVI.

Cum exceptio propriè sit, non actio: per eam enim actio eli-  
ditur, quod exceptioni tribuitur. l. 2. ff. d. except. sequitur debito-  
rem etiam ante lapsum biennii obligatum esse. Unde creditori actio  
nascitur. §. idem juris instit. d. except. l. 8. in fin. C. d. non numer.  
pec. Thome, d. l. pos. 3. n. 1. & seqq. Civiliter, ex ipsa Scriptura, na-  
turaliter ex consensu per Scripturam expresso, utpotè causa natu-  
ralis obligationis arg. l. 2. §. circa ff. d. dol. mal. & met. except. Pro-  
ponenda est in ipsa litis contestatione quippè quod peremptoria est.  
Thome in disc. d. non num. pec. pos. 1. n. 10. Haut raro tamen per  
modum actionis proponitur. l. 5. C. d. non num. pec. mediante sc.  
condictione sine causa, vel causa data non secuta, qua syngrapha  
seu cautio petitur restitui, vel ubi stipulanti promissio facta, ad pro-  
missoris liberationem l. 31. ff. d. condicet in deb. l. 6. C. d. jur. &  
fact. ignor. l. 3. d. condicet. sine causal. 7. C. d. non num. pec. l. 3.  
C. d. postul. Brunnem. ad dict. l. 7. item per modum replicationis  
quæ exceptionis est exclusio. l. 32. §. 1. ff. d. except. Tum etiam in  
modum protestationis seu denunciationis. l. 8. l. 9. l. 14. §. ult. C. d.  
non numer. pec. l. ult. C. d. condicet. ex lege.

## Thef. XVII.

Olim intra quinquennium poterat proponi l. 14. C. d. non  
numer. pec. At ne creditores suis pecuniis diutius defraudari pos-  
sint, Justinianus Imper. id coarctavit, & ad biennium continuum  
restrinxit, quod à die dati Chirographi, sive factæ obligationis cur-  
rere

B

BR  
S.  
LE

rere incipit, intra quod si proposita fuerit, singulari gaudet privilegio, omnem probationis molem in adversarium transferente, adeo ut medium probationis, quod ex Chirographo in promptu erat, amittat. l. 14. in pr. C. d. non numer. pec. l. 3. l. 10. C. eod. §. un. inst. d. literarum obligat: *Sichard.* ad rubr. n. 10. C. d. t. unde & privilegiata dicitur, cum alias regularirer, & in communi exceptione, is qui excepit, actoris partes subeundo, suam intentionem probare debeat l. i. ff. d. except. l. 19. ff. d. probat. l. 9. pr. ff. d. jure jur. perinde enim in his est, sive jus deficiat sive probatio. l. 30. ff. d. test. tut.

### Thef. XVIII.

Quod si haeres exceptione hacuti velit, intra residuum illud tempus, quod defunctio de biennio superfuit, id facere debet. l. 8. C. d. non numer. pec. Nisi defunctus jam in vita questus sit, per quod perpetuatur. d. l. 8. ibique *Brunnem.* l. in contract. §. ult. cum authentica seq. C. eod. Hoc residuum haeredi incipit currere a morte chirographarii, etiam ante aditam hereditatem: Biennum enim est continuum, quod semel captum semper currit, nec interrumpitur morte debitoris l. 14. C. d. non num. pec. *Zang.* d. except. d. l. n. 49. *Christ.* l. 2. decif. *Belg.* 37. n. 7.

### Thef. XIX.

Brevius tempus illi praescriptum est, qui confessione libertaria seu quietantia confitetur, solutam seu redditam sibi esse pecuniam, ante debitam. Qui nisi intra triginta dies de non numerata exceperit, postea non auditur, d. l. 14. §. 7. *Zang.* d. except. d. l. n. 25. *Anton. Fab.* in C. l. 4. tit. 22. def. 7. n. 1. Quamvis probare velit, nihil vel minus sibi solutum esse, omnino enim cautionis suæ tunc stare cogitur, idque ob liberationis favorem. Et hanc Doctorum communem esse sententiam a qua in judicando non sit receundum. Docet *Carpz.* in jurisprudent. Forens. p. 2. c. 29. def. 19. qui in hanc rem habet prajudicium. *Prætorii Lipsiens.* in causa Chri-

Christiani von Hainz zu Altenkrois Mens. Apr. Anno 1635. ibi.  
So verbleibet bei solcher Abrechnung und Quittung nochmals bil-  
lich / und es mag die Pflichtfrau mit der vorgeschätz. n Exception  
desh nicht entrichteten Pficht-Zinses / nunmehr / weil von dato der  
gegebenen Quittung etliche Monat albereit verflossen / nicht zu gelas-  
sen noch gehöret werden. V. R. W. Add. Sichard. adl. 14. §. 2. n. 3.  
C. d. non numer. pecun.

## Thef. XX.

Similiter biennio elapso , privilegiatae exceptioni locus am-  
plius non est. l. 8. l. 14. pr. C. d. non numer. pec. Nisi minori , cui  
hoc tempus non currit. *Vinn.* ad tit. d. liter. oblig. n. II. & Dd. ad  
l. ult. C. d. non numer. pecun. Melius enim est intacta his serva-  
re jura, quam post vulneratam causam remedium querere , l. fin. C.  
in quibus caus. rest. necessaria non est. Quandoque etiam majori-  
bus, qui justam propter causam eam movere non potuere, restitu-  
tio in integrum conceditur, l. I. in fin. ff. ex quibus caus. major. in-  
integrum rest. *Gloss.* ad l. 3. C. d. præscript. 30. vel 40. annorum.  
Quod si tamen debitor onus probandi in se recipere velit, secus ac  
in casu thes. præced. etiam post biennium audietur , tunc enim jure  
reliquorum exceptionum usque ad triginta annos vigebit. *Perez.*  
d. l. n. 8.13. & seq. omnes enim exceptiones natura sua sunt perpe-  
tuæ. l. I. §. ult. d. dol. mal. & met. except. *Bach.* ad Treutl. volum. I.  
disp. 20. thes. 2. I. C. Iniquum verò esset biennii lapsus plus adi-  
mere, quam tribuit, & in odium alicujus retorqueri quod in favo-  
rem introductum est, nihil autem tribuit praeter immunitatem pro-  
bationis. E. præter hoc nihil adimere potest. l. 10. C. d. non numer.  
pecun. *Gomez.* 2. resol. 6. n. 7. & hanc opinionem in praxi custo-  
diri testatur. *Carpzov.* in jurisprud. Forens. p. I. const. 32. def. 66.  
*Schneid.* ad tit. inst. liter. oblig. n. II. *Vinn.* 2. in suis select. quæst.  
I. quæst. 41. in fin.

B 2 debet bibuo Thes.

ER  
S.  
LE

### Thef. XXI.

Nec obstat, quasi negativæ probatio sit impossibilis cap. Bonæ 23. verf. Porro. X. de Elect. ibique Gl. cap. super. §. in fin. X. d. denuo. Hæc enim aliquando facile probari potest, in primis, ubi tempore & loco coarctata est, ut ait Aret. cit. l. Mascard. 2. de probat. conclus. 1091. quæ Scriptura, ut perfecta sit habet. Gloss. ad l. 3. C. d. tabell. c. 6. & l. d. fide Inst. Zæf. ad tit. C. d. probat. interim mediante juramento fieri nequit, qui modus expediendi cum facilis sit, debitori tamen denegatur, ob negligentiam sc., cum potuisset exceptionem intra tempus præfinitum opponere. l. 14. §. 3. C. d. non numer. pecun. Facit, quod pro creditore tūm sit præsumptio; ac si plenè probasset; qualis juramento onerandus non est c. 2. d. probat. Zæf. ad tit. C. d. non num. pec. quæst. 4.

### Thef. XXII.

Speciale quoque hoc in hac exceptione est, quod intra certum tempus finitur; idque inde, quia non solùm ex chirographo agenti opponi potest, sed insuper per modum actionis, de pecunia non numerata querilicet. l. 7. 8. 14. C. d. non numer. pec. Aliæ autem exceptiones regulariter sunt perpetuæ, idèò quia non est in potestate rei, ut hoc vel illo tempore conveniatur, & ita exceptionem opponere possit. Nam contra non valentem agere nulla currit præscriptio. l. 5. l. 6. C. d. except. l. 1. C. d. annal. except.

### Thef. XXIII.

Datur ad id, ut is, qui se accepisse, quod non accepit, confessus est, creditore nihil probante, absolvatur, restituto chirograpto. l. 3. l. 7. C. d. non numer. pecun. Et quidem si nihil omnino se accepisse, à toto debito; quod si minorem pecuniam, majorem autem cautionem emisisse, dicat, ab eo tantum, quod non accepit. l. 2. ibique. Sichard. l. 14. §. 1. in fin. C. d. non numer. pecun. arg. l. 3. C. d. condic. indeb. Idem juris enim est in parte quoad partem,

13.

tem, quod in toto quoad rotum l. 76. ff. d. rei v. l. 17. §. ult. d. SC.  
Vell. l. 78. pr. d. leg. 2. §. 8. & 9. in fin. inst. d. fidei C. hæred. Pote-  
rit a. creditor probare suam intentionem per testes, saltim duos. l. 12.  
d. probat. vel per delationem juramenti Nov 18. c. 8. vers. hæc au-  
tem, quod debitor aut referre cogitur, aut præstare, aut numeratio-  
nem fateri. l. 38. ff. d. jurejur. Elapso biennio etiam per ipsam  
Scripturam, tunc enim sufficienter probat, ac eo creditoris intentio-  
nem firmat. l. 8. C. d. non num. pecun.

38.

### Thef. XXIV.

Creditore hōc modō probante, is, qui propriam Scripturam  
abnegavit, duobus modis punitur, I. Privatur aliarum sibi com-  
petentium exceptionum subsidio ita ut si ad aliam in se justam con-  
fugere velit, in pœnam mendacii, ne de hac quidem audiatur, sed  
omniō solvere cogatur. Novell. 18. c. 8. vers. si enim. II. In du-  
plum quantitatis in judicium deductæ, condemnatur, quod ta-  
men meram pœnam non continet, siquidem simplus in eo conti-  
netur. Thomæ in discursu d. anarg. pos. 5. n. 4. Eādem pœna pu-  
niuntur hæredes si cognita veritate Scripturam abnegaverint. Tho-  
mæ d. l. n. 11. Cessat pœna dupli, ubi sacramento illato debitor vel  
eius hæres fallus est, quo casu exceptionibus aliis si quas habet pri-  
vatur. d. Novell. 18. c. 8. & ad impensas creditori refundendas  
damnatur Auth. contra qui C. d. non numer. pec. In judiciis autem  
prædictam pœnam hodie non observari, sed multis in locis in de-  
suetudinem abiisse, & negantem à judice arbitrariè puniri, refert  
Perez. ad d. tit. C. n. ult. Groenyy regen. de ll. abrog. ad d. h. Auth. C.  
de non numer. pecun. & quos ibi laudat.

B 3 Thef

EDIS. LE

### Thef. XXV.

Affinitatem cum nostra habet exceptio, quæ dicitur, preciū non soluti. l. 13. §. 8. d. action. empt. & vend. exceptio simulatæ numerationis. l. 5. & 6. C. si certum petatur item doli, eique subsidia-  
ria in factum, quæ cum haec concurrit l. 3. C. d. non numer. pecun.  
l. 2. §. 5. l. 4. §. 16. d. dol. mal. & met. except. Condictio illa, quæ  
secundum jus ordinarium obligationem de pecunia non numerata  
factam, quæ verè numerata non est, repetit. l. 3. C. d. post. ut & illa  
exceptio in factum, de qua lex 9. C. d. non numerata pecun. quæ  
datur quoties exceptioni nostræ locus non est. *Wesenb.* ad tit. C. d.  
non numer. pecun. num. 34.

### Thef. XXVI.

Adversatur ei, *renunciatio specialis*, quæ fit ex intervallo in  
alio instrumento, quam confessionis d. l. 4. C. d. non numer. pec.  
*Wesenb.* ad eund. tit. n. 35. Confessio in testamento seu codicillis,  
quia fallit præsumptio, quod fiat spe futuræ numerationis, tum  
etiam, quia omnia in ultima voluntate sincerè agi videntur. *Zæf.*  
ad tit. C. d. non numer. pecun. quæst. 8. *Moller.* 5. semestr. 4. *Zan-*  
*ger.* d. except. d. l. n. 39. *Gomez.* 2. var. resol. 6. n. 5. III. Quan-  
do quis scripsit, se debere ex alia causa, ut emptionis, locationis, &c.  
cessante enī & hoc casu ratione, & ipsa cessabit exceptio. l. 5. 6.  
11. & 13. C. d. non numer. pecun. Quo casu statut Scripturæ, us-  
que dum apertissimis argumentis contrarium probatum sit. d. l. 13.  
Quod si tamen causa ista debiti, quæ chirographum aut stipulatio-  
nem præcessisse dicitur, non sit vera & justa, datur quidem reo ad-  
versus ipsam obligationem & actionem exceptio aliqua, sed non  
hæc, quæ privilegio probationis gaudet; sed potius exceptio pe-  
cuniæ non debitæ, conjuncta cum onere probationis. l. 13. C. d. non  
num. pecun. IV. In cautione illa, quæ non incidit in tempus pro-  
missio-

missionis, sed ex intervallo in Scripturam redacta est, cessat. l. 5.  
l. 13. C. d. non numer. pecun. l. 25. ff. d. probat. nimirum, quando  
quis scribit in cautione, se ante sex menses mutui nomine viginti à  
Titio accepisse. *Bachov.* ad Treutl. v. 1. disput. 20. thes. 2. lit. C.  
nemo enim tantæ stultitiae esse creditur, ut sciens & volens ab eo-  
dem creditore, in eodem negocio, eadem fallacia, se decipi pa-  
tiatur. *Barb.* ad l. 14. n. 4. & 5. C. d. non numer. pecun. & facit, quod geminatio actus seu verborum, majorem de-  
liberationem, & enixam voluntatem inducit. l. 22. ff. ad SC. Tre-  
bell. *Everh.* in topicis in loc. legal. à vi geminata. *Wesenbec.* 5.  
conf. 235. num. 5. V. In instrumento depositionis certarum re-  
rum, vel certæ pecuniæ, cum enim hoc casu depositarius id non re-  
cipiat ad suum commodum, aut necessitatem, sed potius ad incom-  
modum & deponentis utilitatem, nulla ratio præsumendi est, de-  
positarium spe futuræ depositionis, eam jamjam factam fuisse,  
Scriptura confessum esse. l. 14. §. 1. C. d. non numerat. pecun.  
VI. In exactore publico, qui securitatibus, publicas functiones,  
vel ex parte vel in solidum solutas esse, conscripsit, idque ob fidem  
publicam, quæ horum instrumentis debetur. d. l. 14. & securus  
erit is, cui hoc casu apacha data est, non solum adversus  
exactorem, sed etiam adversus ipsum fiscum, dum-  
modo injusta apochæ forma nihil desideretur, unde *Sichard.*  
ad d. l. 14. cautos jubet esse eos, qui solvunt hujusmodi exacto-  
ribus, ut confessiones recipiant solennes, V I I. Quando post  
dotalium confectionem de dote vel pro parte vel in solidum so-  
lutâ Scriptura testatur. d. l. 14. VIII. Quando quis in cau-  
sâ transactionis certam summam promisit. l. 11. ibique *Barb.*  
& *Brunneman.* C. dict. tit. IX. Cum quis fidem cautionis  
agnoscens, etiam solutionem portionis debitæ vel usura-  
rum fecerit, tunc enim nimium tardè hanc querelam de-  
serit, adeò ut parte absque protestatione soluta non possit quo-

ad

IE  
RS.  
LE

16.

ad partem non solutam eam movere l. 4. C. d. non numerat. pecun. ibique, Brunnem. X. Quando quis substitutus est in ejus vicem, qui obligatus erat. l. 6. C. d. non numer. pecun. XL. In contractibus Argentariorum ut si debitores instrumento publico vel Chirographo caverint se certam pecuniam accepisse, hi ex ista cautione conventi, hac exceptio-  
ne uti nequeunt Novell. 136. c. 5. & Edict. Just. 7.  
cap. 2. §.



COROL

# COROLLARIA.

I.

Querela in officiosi testamenti datur ratione qualitatis ex hæredationis, non ratione modi.

II.

Filius familias de peculio adventitio ne consentiente quidem patre testari potest.

III.

Mater pupillariter substituere nequit.

IV.

Substitutio vulgaris expressa, etiam pupillarem continet, & vice versa, pupillaris expressa, vulgarem.

V.

Impubes quando contra additionem in integrum restitutionem impetrat, substitutus ad hæreditatem rectè admittitur.

VI.

Nudum paetum juxta jus canonicum & mores actionem producit.

VII.

Fœmina per masculum semel à feudo exclusa, perpetuo exclusa censetur.

VIII.

Ab Imperatore ad status imperii nulla datur appellatio.

IX. Ut

EPIS. LE

IX.

Ut nec ab Imperatore male informato ad melius informandum.

X.

Tutor ab Electore S. R. I. testamento constitutus præferendus non est proximiori adgnato.

XI.

Non tantum ex numero Electorum Imperator Romanus eligi potest; verum & si tria habeat suffragia, suo voto electo pluralitatem efficiet.

XII.

Rex Romanorum vivo Imperatore, non solum consentiente eo, sed & reclamante, modo Electionem è Republicâ esse iudicarint Electores, eligi potest.

F I N I S.

Strassburg, Diss., 1665-66

f

ULB Halle  
003 745 031

3



TA POL

hur 5 bisher verknüpft

VOMA





# Farbkarte #13



uvante!  
20 9.  
1666, 3. 51.  
Y R I A E  
O N E,  
PECUNIAE.  
itate  
BILISSIMI,  
MI, JCTORUM  
UNIVERSITATE  
NSI,  
*bus ac privilegiis*  
*lis,*  
oponit,  
**FABRICIUS,**  
*que consuetis.*  
—  
I,  
Spoor.